

quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens. An revera in cælo sedeat, et non potius stet, XVII, 181, 1, 2; XIX, 100, 2. Sedet ad dexteram Dei, etiam qua homo, XV, 585, 1, 2: Verumtamen dico vobis: Amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei. Gloriam promissam quando plena sit adeptus, XIV, 435, 1, 2: El ipse (Oriens) portabit gloriam. Propria ejus gloria est humilitas, et opera in eo patrata, 377, 1. Non meruit beatitudinero, sed ante meritum eam adeptus est, XIX, 496, 1. Quomodo celorum vacuum impleat, et omnia despiciat, XVIII, 628, 2 et seqq.: Qui descendit, ipsemet qui ascendit super omnes cælos, ut impleat omnia. Ejus gloria in cælo quanta sit, XI, 584, 1: Et glorificatus sum in oculis Domini; XXI, 35, 2; 36, 1. Christi humilitas in carne, et exaltatio in gloria, Psal. II, 257, 2: De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput. Triplicem apud Patrem habet claritatem, XVI, 594, 2: Nunc clarifica me, tu Pater, aperit semetipsum claritate quam habuit priusquam mundus esset apud te.

Ascendit Christus in cælum ut nobis viam et locum pararet, XIX, 407, 2: Quam (spem) sicut anchoram habemus tutam ac firmam, et incidendam usque ad interiora velaminis, ubi præcursor pro nobis introivit Jesus. Est hominum auriga in cælum, XX, 335, 2. Viam in cælis nobis aperuit, XIV, 87, 2: Ascendet enim pandens iter ante eos. Cur miserit Spiritum sanctum post mortem suam et ascensum in cælum, XVI, 427, 2 et seqq.

Christi triumphantis et in cælum ascendentis typus fuit Israel victor Pharaonis, XVIII, 626, 1. Hic triumphus describitur, *ibid.*

An post ascensionem subinde visibiliter in terris apparuit, XVII, 121, 4. An aliquando modico tempore cælum reliquerit, *ibid.* Post ascensum semper in cælo manet, XXI, 338, 1. An post ascensionem S. Matthei apparuerit, XVIII, 399, 2.

Christus qua homo est in cælo delicia angelorum, XX, 265, 2: In quem (Christum) desiderant angeli prospicere. Est amor et stupor angelorum, XVI, 61, 1.

#### CAPUT OCTAVUM.

DE VARIIS CHRISTI TITULIS ATQUE MUNERIBUS.

N. B. Ex unione hypostatica, ut notant Theologi, fluunt tituli illi quibus Christum in sacris Scripturis insignimus, et officia, seu munera ad quæ obanda Dei Filius humanam naturam sibi copulavit.

Præcipui tituli ac munera quæ Christo tribuuntur, sunt: Dei hominumque Mediatoris, necnon humani generis Salvatoris et Redemptoris, Sacerdotis, Regis, Ecclesie fundatoris et capitis, Doctoris, Magistris ac Legislatoris, Pastoris, Exemplaris omnium virtutum, Judicis. De quibusdam titulis ac muneribus jam ex parte actum est in articulis de

Incarnatione, Nominibus, Passione, Resurrectione et Ascensione Christi.

#### ARTICULUS PRIMUS.

JESUS CHRISTUS DEI HOMINUMQUE MEDIATOR, ET HUMANI GENERIS SALVATOR ET REDEMPTOR.

**I. CHRISTUS MEDIATOR.** — Christus est mediator, quomodo et quare, XIX, 69, 2. Idque non qua Deus, nec qua homo, sed qua Deus homo, 199, 1: Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus. Mediatoris vox duo significat, 197, 2. Latius patet quam vox conciliator, XVIII, 545, 1: Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unus non est, Deus autem unus est. Mediator, cujus auctoritate lex vetus tradita, fuit Moses, non Christus, *ibid.* Quomodo mediator non sit unus, *ibid.*, 2. Mediator noster est Christus, XIX, 441, 1, 2: Et ideo Novi Testamenti mediator est, ut morte intercedente, in redemptionem eorum prævaricationum, qui erant sub priori Testamento, repositionem accipiant qui vocati sunt æternæ hereditatis. Mediator noster apud Deum sit sacerdos, 393, 1: Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. Dupliciter nobis est mediator, 198, 1. An solus Christus fuit mediator, an et sancti, XVIII, 545, 2; XIX, 498, 2. Moses vocatur mediator in quo sensu, XIX, 498, 2. Finis mortis et mediationis Christi, 442, 1. Christus utriusque Testamenti testator et mediator, 446, 1. Ob duas causas mediator est Novi Testamenti, 441, 1. Ejusque institutor, conditor, testator, *ibid.*, 2. Ipse est factus pacti inter Deum et homines, item testis, XI, 651, 1, 2: Ecce testem populus dedi eum, docem ac præceptorem gentibus. Ipse est medium, uti SS. Trinitatis, ita et totius universi et seculorum omnium, æque ac redemptionis et felicitatis nostræ mediator, XIV, 243, 1. Est medium duorum vitarum quadrupliciter, 247, 1. Quomodo dici possit Angelorum mediator, VI, 527, 1, 2.

**II. CHRISTUS SALVATOR ET REDEMPTOR.** — Salvator proprie quomodo dicatur Christus, et quare, XIX, 55, 2: Nostra autem conversatio in cælis est, unde etiam Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum; 333, 2: Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem et secularia desideria, cobrite et iuste, et ipe vivamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, et adventum gloriæ magni Dei, et Salvatoris nostri Jesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, et mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Quid sit proprie salvare, 55, 2. Salvare magis est quam creare, 29, 1 (Vide supra,

cap. IV, artic. III). Christus fuit perfectus et adequatus Judæorum salvator et redemptor, et lux, XIV, 87, 1; 146, 1, 2: Ego autem ad Dominum speravi, et expectabo Deum Salvatorem meum, audiet me Deus meus. Fuit datus Judæis in fœdus gentibus in lucem, XI, 523, 2: Dedit te in fœdus populi, in lucem gentium. Gentilitatem derelictam et ab adolescentia à Deo repudiatam ad se vocavit, ac sibi quasi sponsam copulavit, 642, 1: Quia ut mulierem derelictam et marentem spiritu vocavit te Dominus, et uxorem ab adolescentia affectam, dixit Deus tuus. Quibus dotibus traxerit ad se gentes, 652, 2: Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis; et gentes, quæ te non cognoverunt, ad te current, propter Dominum Deum tuum, et sanctum Israel, quia glorificavit te. Redemptor est Israelis, XVI, 80, 2: Et hæc (Anna), ipso hora superveniens, conflebat Dominum, et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel. Christi salutare et iustitia in quo sita, Psal. II, 161, 2 et seqq.: Noluit fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium revelavit iustitiam suam. Duplicem attulit salutem, XVIII, 478, 1: Si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, et in corde tuo crederis quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. Est cornu salutis, XVI, 46, 1: Et creavit cornu salutis nobis in dono David pueri sui. Omnia collapsa restauravit, 150, 1: Omnia tradita sunt a Patre meo. Quomodo omnia in eo sunt instaurata, XVIII, 591, 1: In dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, et quæ in terra sunt in ipso. Est salutis et lætitiæ publicæ totius mundi auctor, XV, 246, 1. Quantum ipse propinquat, tantum propinquat salus et iustitia nostra, et gloria Dei, XI, 567, 1, 2: Audite me, duro corde, qui longe estis a iustitia. Prope feci iustitiam meam, non elongabitur, et salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, et in Israel gloriam meam. Nullum laborem aut periculum pro Ecclesie et animarum salute detrectavit, IV, 230, 2. Ejus sanguis est velut sapo ad eluendas animas nostras, XXI, 412, 1, 2: Beati qui lavant stolam suam in sanguine Agni. Quantum ex se est, vult omnes homines salvos fieri, XVI, 592, 2: Sicut deditis ei potestatem omnium carnis, ut omne quod deditis ei, det eis vitam æternam. Homines omnes vocat, XIX, 332, 1: Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus. Redemptio hominum est opus gratiæ. 370, 2: Videmus Jesum gloria et honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Hanc irritam facient quærentes iustitiam ex lege, XVIII, 561, 2: Evacuati estis a Christo, qui in lege justificamini, a gratia excidistis. Redemptio nostra est duplex, inchoata in terra, et completa in cælo, 594, 2: In quo et credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ip-

sus. Illa aliud non est quam peccatorum remissio, XIX, 75, 2: Qui eripuit nos à potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum. Redemptio hominum fuit Christo pretiosa, 440, 2: Per proprium sanguinem introivit semel in Sancta, æterna redemptione inventa. Redemptionis mysterium per Christum innotuit angelis, Deo illis revelante, XVIII, 613, 1: Ut innotescat principatibus, et potestatibus in cælestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei.

Christi Salvatoris amor erga homines, bonitas et misericordia. Primo, Christi erga genus humanum amor, XVI, 59, 1; 63, 1; 536, 1: Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexistis vos; 565, 1 et seqq.: Majorem hæc dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Ejus erga Patrem et homines amor expenditur, XII, 506, 2; 812, 2; XVIII, 96, 1: Commendat autem charitatem suam Deus in nobis; quoniam cum peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, 381, 1; 452, 2 et seqq.: Charitas enim Christi eripit nos, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, XIX, 121, 2. Ejus immensa charitas, XV, 231, 2. Amoris ejus dimensiones, XVIII, 617, 1. Charitas et amor Christi in Deum et homines fuerunt ejus cornu, XVI, 251, 2. Est abyssus amoris et doloris, XI, 630, 1. Quomodo zelatus sit genus humanum, 237, 2. Charitas ardens Christi qua æstus homo factus est, per austrum calidum representatur, XIV, 248, 2: Deus ab austro ventit, et sanctus de monte Pharan. Ejus amor erga genus humanum omnem dolorem superabat, XV, 608, 1. Quomodo se vinci ab amore passus sit, XIV, 236, 2. Quidquid egit et passus est, pro nobis fuit, XV, 634, 2. Nos homines unice diligit, V, 240, 1: Delicia mee esse cum filijs hominum. Fuit is amor major quam erga angelos. 241, 1. Amore illo quodammodo fuit ebrius, 241, 2. Ejus amor potens est, XXI, 426, 1. Tenere erga suos afflictor, XVI, 534, 2. Quomodo eos dilexerit in finem, 522, 1: Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Quam caro ei stemus, XX, 70, 1 et seqq. Ejus zelus erga nos, 178, 2: Ad invidiam concipiscit Spiritus qui habitat in vobis. Quanti animarum salutem fecerit, 227, 2.

Christus suis est pater, XV, 232, 1, 2. Est verus pater et magister 490, 1: El patrem nolite vocare vobis super terram; unus enim est Pater vester qui est in cælis. Christus non tantum est pater fidelium, sed et mater, unde vocatur, *matrem*, VII, 473, 1: Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Est quasi mamma Patris, *ibid.* Quomodo nos traxerit in fœniculis Adam, XIII, 430, 1: In fœniculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Est pater, mater et pastor fi-



Johannem, XVI, 645, 2. Etsi gloriosus, se vocat fratrem nostrum, XIX, 373, 1: *Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare dicens: Nuntiabo nomen tuum fratribus meis.* Christi benevolentia erga electos, *Psalm.* I, 77, 2. Christi reliquiae sunt electi, *Psalm.* I, 415, 2: *In reliquiis tuis preparabis vultum eorum.* Summus eius erga suos amor in Eucharistia apparet, XIII, 430, 1; XV, 560, 1. Verus amicus est et amicus amicorum, et quibus in rebus, V, 588, 1; IX, 204, 2; XIV, 608, 1: *Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium: et parcam eis, sicut parci vir filio suo servienti sibi.* In quo sit gallinae similis, XV, 497, 2 et seq. *Jerusalem, Jerusalem, quae occidis Prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos sub alas, et noluisti!* Christi compassionis affectus erga Jerusalem, *ibid.*, et seq. Quomodo laborantes recitavit, 294, 4: *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.* Eius jugum clementis est et benignum, 295, 4: *Tollite jugum meum super vos... Jugum enim meum suave est, et onus meum leve.* Eius benignitas in compellendis aegris, 238, 2: *Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralitico: Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua.*

Pueros diligebat, et iis delectabatur quod essent simplices et innocentes, XV, 400, 2 et seq. De pusillis errantibus singularem habet curam, 405, 2: *Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in caelis est, ut percat unus de pusillis istis.*

Secundo, Christi amor et misericordia erga peccatores. Eius charitas in animam peccantem, XV, 592, 1. Modos inopinabiles excogitavit ad impios a peccatis abstrahendos, VI, 108, 1. Eius clementia in persequendis peccatoribus, XIX, 486, 1: *Fidelis sermo et omni acceptione dignus, quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.* Hominem a se fugientem insecutus apprehendit, 376, 4: *Nusquam enim angelus apprehendit, sed semen Abrahamae apprehendit.* Peccatorum colloquia et mensas captabat, XVI, 203, 1: *Et murmurabant Pharisei et Scribae dicentes: Quia hic peccatores recipit, et manducant cum illis.* Illusos a diabolo per peccata ad penitentiam adducit, III, 473, 1. Eius pathetica vox ad animam penitentem, XIV, 520, 1: *Et dicitur ei: Quid sunt plaga ista in medio manuum tuarum? Et dicit: His plagas sum in domo eorum, qui diligebant me.* Peccatores ad se venientes benigno suscepit et habuit, IX, 265, 1: *No despicias hominem avertentem se a peccato, neque improperes ei: Memento quoniam omnes in correptione sanus;* XVI, 203, 1; 250, 2. Animas quassibet suscipiebat, V, 343, 1: *Fructus iusti, lignum vitae; et qui suscipit animas, sapiens est.* Peccantes facile in gratiam admittit, XX, 533, 4: *Filii mei, haec scribo vobis, ut non*

peccetis, sed et si quis peccaverit, advocatum habeat apud Patrem, Jesum Christum iustum. Eius bonitas in nos a peccatis liberando, XVII, 128, 2: *Et non est in aëre aliquo salus. Nemo enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.* Quos contritos corde sanaverit, XI, 716, 2: *Spiritus Domini super me, eo quod unxerit Dominus me: ad unanimum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde.* Est medicus et chirurgus, *ibid.* Est medicus peccatorum, XV, 244, 1: *Et cidentes Pharisei, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester? At Jesus audiens ait: Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Est medicus prestantissimus, X, 269, 1. Curat nos ab omni infirmitate, XI, 631, 4.*

Tertio, Christi amor erga inimicos. Christi amor erga inimicos excellentior quam Davidis erga Sathlem, *Psalm.* I, 216, 1: *Quasi proximum et quasi fratrem nostrum sic complacbam: quasi luxens, et contristatus, sic humiliabar.* Christi affectus erga persecutores non solum est ut fratris ad fratrem, sed ut matris ad filium, *ibid.* (Vide CHARITAS ERGA INIMICOS).

Quarto, Clementia et amor Christi erga Judaeos in se tam atroces, XV, 873, 2. Erat avidus salutis Judaeorum, XVI, 386, 2; 387, 1. *Et lamem non vultis venire ad me, ut vitam habeatis.* Missus fuit ad solos Judaeos, XV, 356, 1: *Ipsa autem ait: Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Israel.* Judaeis futurus erat ut novale pulchrum et pingue, XII, 45, 2: *Haec enim dicit Dominus vobis: Quia et Jerusalem: Nocte vobis nocetis, et nolite serere super spinas.* Quomodo sit minister circumcisionis, XVIII, 237, 2: *Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum.* Fuit doctor Judaeorum, *ibid.* Fuit Israelis gloria, XVI, 75, 4.

3<sup>o</sup> *Qua sint praecipui fructus salutis quam mundo attulit Saluator Christus.* Primo, Christus Saluator est fidelibus auctor omnis gratiae et virtutis, X, 417, 2 et seq. Est primus sanctorum, primitivus sanctitatis, princeps hominum et angelorum, causa et origo omnis sanctitatis, virtutis et gloriae, V, 225, 1. Sanctus sanctorum est, et omnes sanctificans, XIX, 372, 2: *Qui enim sanctificat, et qui sanctificantur, ex uno omnes.* Est inceptor et consummator fidei in se et in nobis, 496, 1: *Aspicientes in auctorem fidei et consummatorem Jesum.* Ipse est Christiano iustitia, poderis et firmamentum, X, 26, 1, 2: *Si squaris iustitiam, apprehendes illam; et indus quasi poterem honoris, et inhabitabis cum ea, et proteget te in sempiternum, et in die agnitionis invenies firmamentum.* Diversimode factus est nobis iustitia, XVIII, 258, 4: *Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia a Deo,*

et iustitia, et sanctificatio, et redemptio. Est iustitia et pax nostra non formalis, sed causalis, 605, 4: *Ipsa enim est pax nostra, qui fecit utraque unum.* Est ignis conflans quintupliciter et comparatur herba fullonica, XIV, 590, 1, 2 et seq.: *Ipsa enim quasi ignis conflans, et quasi herba fullonica: et sedebit conflans et emundans argentum, et purgabit filios Levi, et colabit eos quasi aurum, et quasi argentum.* Ipse est fons patens domui David, XIV, 616, 1, 2 et seq.: *In die illa erit fons patens domui David, et habitantibus Jerusalem in ablutio-nem peccatoris.* Effudit in nos Spiritum sanctum, *ibid.* Peccata omnia abluit eorumque scaturigines tollit et sopit, *ibid.* Est fons vivus qui nunquam exsiccat, XI, 649, 1: *Omnes sitientes, venite ad aquas;* XVI, 527, 1, 2: *Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vivae.* Eius fontes et aquae variae, XI, 274, 4, 2: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.* Vltim mundo suscitavit, XIX, 277, 1: *Qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam et incorruptionem per Evangelium.* Velut pellicanus suo sanguine nos vivificat, IX, 150, 2: *Sapientia filius suis vitam inspirat.* Est suis origo omnium virtutum, 659, 2: *In me gratia omnis viae et veritatis, in me omnis spes vitae et virtutis.* Sine eius gratia, nemo potest bonum facere, XVIII, 72, (Vide GRATIA). Per eum omnia sancta et odorata reddi debent, IX, 647, 1. Dirigit rectam intentionem ad Deum et salutem, XI, 374, 1. Qualem attulerit libertatem, XX, 87, 4, 2: *Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, et permanserit in ea, hic beatus in suo facto erit.* Quando olim suos vocavit, jam vero vocet, V, 48, 2.

Secundo, *Homines reconciiliando est princeps pacis,* XI, 236, 2; XV, 149, 2. Est pax nostra, XVI, 65, 2. Est pax causalis triplex, XIV, 421, 2: *Et stabit, et pascet in fortitudine Domini in sublimitate nominis Domini Dei sui; et convertentur, quia nunc magnificabilis usque ad terminos terrae. Et erit iste pax.* Plenam pacem tam gentibus quam Iudeis attulit, XI, 673, 1: *Creavi fructum laborum pacem, pacem ei qui longe est, et qui prope; dicit Dominus, et sanavi eum.* Pacem attulit credentibus sibi, XIV, 344, 1: *Magna erit gloria domus istius novissimae plusquam prima.* dicit Dominus exercituum; et in isto loco dabo pacem. Pacem dedit discipulis hereditatem, Job, 477, 1: *Acquisitio igitur ei, et habetis pacem, et per haec habebis fructus optimos.* Cur suis post resurrectionem pacem apprecetur Christus, XVI, 280, 1: *Dixit eis: Pax vobis, ego sum, nolite timere.* Eam suis reliquit ex hoc mundo abiturus, 552, 1: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis; non quomodo mundus dat, ego do vobis.* Quia ea continent, *ibid.*, 2. Car eam iterum discipulis apprecetur, 631, 2: *Dixit ergo eis Jesus iterum: Pax vobis.*

Et rogante erit in orbe pax, XII, 163, 3. In

diebus illis, salvabitur Iuda, et Israel habitabunt confidenter. Dicitur habitator quietus, qui pacificus rex, XI, 478, 2: *Non aspiciam hominem ultra, et habitatorem quietis.* Gentium dissidia composuit, 123, 2. Quomodo gladius veritatis in falces, 193, 2: *Et confabunt gladios suos in vomeres, lanceas suas in falces.* Quomodo sustulit omnia bella, 424, 1, 2: *Nec exercentur ultra in praetium.* Sub eo habitabit simul lupus cum agno, 524, 1, 2: *Habitabit lupus cum agno, et pardus cum haedo accubabit; vitulus et boe et ovis simul morabuntur, et puer porcum minabit eos.*

3<sup>o</sup> *Christi amabilitas, bonitas et liberalitas.* Primo, *Christi amabilitas.* Quare sit amabilis, XX, 252, 1, 2: *Quem (Jesum) cum non videritis, diligitis; in quem nunc quoque non videritis creditis; credentes autem exaltabitis lilia inenarrabilis et gloriosula.* Fuit gratiosus et dilectus et unicornis, XVIII, 590, 1: *In qua (gratia) gratificavit nos in dilecto filio suo.* Eius naturalis pulchritudo, V, 64, 1; XVII, 176, 1. Fuit forma pulcherrima, VI, 531, 1. Christus pulcherrimus, imo ipsimum pulchrum, VII, 539, 1: *Ecco tu pulcher es, dilecte mi, et decorus.* Christus formosus supra homines dicitur, cur non supra angelos, *Psalm.* I, 293, 2: *Speciosus forma praefilius hominum, diffusa est gratia in labiis tuis.* Christi qualis erat vultus, VII, 591, 1: *Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, et facies tua decora.* Christus fuit coloris rosei, VIII, 118, 1: *Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex milibus.* Eius oculi quam amabiles et efficaces, IX, 467, 2. Oculis eius quaedam inerant majestas, XX, 316, 1. Fulgor faciei eius omnes ad se rapiebat, XV, 243, 1: *Et cum transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthaeum nomine, et ait illi: Sequere me, et surgens secutus est eum.* An vultus eius habuerit aliquid sidereum, 376, 2. Est pulcher credentibus, XI, 625, 1. In Christo conveniunt majestas et amor, XIX, 220, 2.

Secundo, *Bonitas Christi.* Est velut sol, omnia beneficentiae suae radiis illustrans, XX, 338, 2. Omnibus beneficii, nulli male, VI, 494, 1. Passim omnibus benefacere studebat, XV, 302, 2: *Jesum... recessi inde, et secuti sunt cum nullis, et curavit eos omnes.* Dum vixit, omnibus beneficii, XVIII, 244, 2: *Qui pertransiit benefacendo et sanando omnes oppressos a diabolo.* Pro maleficio beneficium rependit, XVI, 232, 2. Eius benignitas erga miserorum, 457, 1, 2. Quomodo omnibus et collibet intendit, VIII, 594, 2: *Dilectus meus mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia.* Non imperiose mandata, sed suaviter invitata, 579, 2: *En dilectus meus loquatur mihi: Surge, propra, amica mea, cotumba mea, formosa mea, et veni.* Quam suis sibi dulcis et bonus, IX, 613, 1: *Et agnoscent qui derelicti sunt, quoniam nihil melius est quam timor Dei; et nihil dulcius quam respicere in mandatis*



Domini; 656, 2: Qui edunt me, adhuc esurient, et qui bibunt me, adhuc sitient. Semper sc̄psum cum donis donat, ideo donum perfectum est, XX, 64, 1: Omne datum optimum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre lumine.

Tertio, Christi liberalitas, XI, 431, 2. Ipsius summa liberalitas, XVI, 372, 2. Ejus summa beneficentia, XVIII, 569, 1. Ejus facilitas et promptitudo ad benefaciendum, XV, 218, 4: Domine, ecce filia mea modo defuncta est; sed veni, impone manum tuam super eam, et viuet. Et surgens Jesus, sequebatur eum. In aeternum totum se per bonitatem et misericordiam effudit, XIII, 374, 1. Dat copiam gratiarum et virtutum, XVIII, 104, 1. Nobis majorem reddit gratiam quam illa quae Adamo data fuit, I, 95, 2 et seq. Gratiam uberiorem effudit in sibi carne conjunctos, XX, 497, 1. Ejus benedictio multiplex est, XVIII, 586, 1: Benedicite Deo, et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo.

⁴⁰ Christi nobis est vita nostra, bonum et omnia, et quantopere et sumus obligati. Triplex est vita nostra, XIX, 103, 2: Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Triplex nobis est vita, 11, 4: Mili enim vivere Christus est, et mori licet. Quia homo vita est hominum et angelorum, V, 500, 2. Nos sumus in ipso, et ipse in nobis, XVI, 559, 1 et seqq.: In illo die, vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, et vos in me, et ego in vobis. In ipso crescimus et ipse in nobis, XVIII, 108, 2, et seqq.; 598, 2. Et insitit sumus, ut fami arbori, 408, 2: Si complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul et resurrectionis erimus. In nobis adolescit, et plenam acquiri staturam, donec Ecclesia ad justam perfectionem perveniat, 632, 2: Donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virtum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Quomodo in omnibus complectitur, 598, 2: Ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam... qui omnia in omnibus adimpletur. In Christianis proficit et perficitur, ibid. Christus est spiritus oris nostri, XII, 447, 1, 2. Est ipse spiritus narium nostrarum, ob quatuor causas, 418, 1. Moraliter, Christus est spiritus et vita nostra, ibid. et 2. Est in anima, quasi rex, autoritas, aurigo, ratio, anima, ignis et sol, XV, 668, 2: Et ecce vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi. Varii eum induendi modi, XVIII, 326, 2: Induimini Dominum Jesum Christum et carnis curam ne feceritis in desideriis. Ipse bonum nostrum est, XIII, 332, 2: Et quarens Dominum suum... et pavent ad Dominum et ad bonum ejus. Ipse solus licet est, XIX, 44, 2: Veruntamen existimo omnia delinquentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei, et arbitror ut stercora, ut Christum laerificatam. Est saes nos-

tra, XVII, 443, 1. Quomodo spes nostra vocetur, XIX, 177, 1: Paulus Apostolus Jesu Christi secundum imperium Dei Salvatoris nostri, et Christi Jesu spei nostrae. Est spes objectiva gloriae nostrae, 81, 2: Mysterium quod absconditum fuit a saeculis et generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis ejus, quibus voluit Deus nos facere divitias gloriae sacramenti hujus in Gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriae. Est desiderium sanctorum, Job, 592, 2: Abstulisti quasi ventum desiderium meum. Est laus nosira active et passive, XI, 274, 1: Fortitudo mea, et laus mea Domini, et factus est mihi in salutem. In signum charitatis expositus est, Job, 360, 1: Posuit me sibi quasi signum.

Christus nobis est omnia, XI, 148, 2; XVIII, 226, 2. In justis est omnia tripliciter, XIX, 105, 1: Induens novum (hominem), eum qui renouatur in agnitionem secundum imaginem ejus, qui creavit illum. Ibi non est Gentilis et Judaeus, circumcisio et praepitium, Barbarus et Scythia, servus et liber, sed omnia, et in omnibus Christus. Christus nobis est omnia, et ad eum semper referre debemus, I, 640, 2; 641, 1. Est perfectus ceu unguentum odoriferum, X, 522, 1. Ejus memoria est sanctis gratissima, 524, 1. Eum quomodo sancti in frontibus et cordibus signatum gerant, XII, 568, 2. Est cordis signaculum, VIII, 215, 2: Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. Fidei semper esse debet in ore et in corde, XII, 447, 1. Nobis semper in ore et opera esse debet, IX, 428, 1. Quam Christo servire debeamus, XX, 265, 1. Tangam spirituali capiti, spiritualiter ei vivere debemus, XVIII, 133, 1: Ergo, fratres, debitoris sumus non carni, ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem viveritis, morientur; si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Et ei vivere jure servitatis ei debito, 453, 1: Pro omnibus mortuus est Christus, ut et qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, et resurrexit. Eam quomodo bonis operibus coronemus, XIV, 433, 2: Sumus aurum et argentum, et factes coronas, et ponas in capite Jesu.

Quantopere Christo Jesu sumus obligati, XX, 265, 1, 2. Quanto eum amore prosequi debeamus, XVII, 119, 2. Amor Christi erga nos debet esse stimulus ad eum amandum, et fratres nostras, XVI, 536, 1, 2. Est ingens ad devotionem stimulus, XI, 374, 2. Quomodo a nobis amandus, XV, 571, 1. Magis diligendus est quam filii aut parentes, 276, 2: Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus; et qui amat filium aut filium super me, non est me dignus. A nobis amatus, in nos transformatur, et nos in ipsum, XVIII, 533, 1: Christo confixus sum cruce; vobis autem jam non ego, vivit vero in me Christus. Ejus in Judaeos et Christianos ingratos impropria, XIV, 130, 1, 2.

## ARTICULUS SECUNDUS.

## JESUS CHRISTUS SACERDOS.

⁴¹ Christus est sacerdos. Et jure gentium, tanquam Patris unigeniti, debebatur sacerdotium et pontificatus, XIX, 394, 1: Sic et Christus non semetipsum clarificavit ut pontifex fieret; sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Christus est noster Pontifex, XXI, 29, 2. Est verus sacerdos, X, 239, 1. Est antistes totius mundi, XIV, 335, 1. Qua ratione et quando unctus sit, XVI, 102, 2: Spiritus Domini super me: propter quod unxit me. Quando, quomodo et in quales titulos unctus sit, XIX, 361, 2: Dilexisti justitiam et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis praeparatibus tuis. Pro-latorum triplicem habuit, fuit enim summus Pontifex, propheta, et doctor Ecclesiae, XIV, 319, 2; 433, 1; 435, 2: Haec ait Dominus exercituum dicens: Ecce vir cuius nomen ejus est: Et subter eum orietur et adificabit templum Domino.... et erit sacerdos super solio suo, et consilium pacis erit inter illos duos. Ejus oleum et unctio, XI, 250, 2. Cur dicatur unctio, XX, 559, 1.

⁴² Christi dotes ut Pontificis, XIX, 420, 2: Tanta enim decebat ut esset nobis pontifex, sanctus, innocens, impulsus, segregatus a peccatoribus et excelstor caelis factus. Habet in se omnes pontificis optimi dotes et munia, 393, 1, 2 et seqq.: Omnis namque pontifex, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his qui sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. Non erat sacerdos Leviticus, XV, 461, 1. Triplex ab Aaronicis sacerdotibus differt, 448, 1: Non enim in manufacta sancta Jesus introivit, exemplaria verorum: sed in ipsum calum, ut apparet nunc vultus Dei pro nobis. Est alius sacerdos ab Aaron et major, 379, 2: Unde fratres sancti, vocationis caelestis participes, considerate Apostolum et Pontificem confessionis nostrae Jesum, 413, 1, 2 et seqq.; 447, 1. Septem argumenta quibus probatur Christum majorem Aaronem, 413, 1, 2 et seq. Primum: Melchisedech, typus Christi, decimas sumpsit ab Abraham, 413, 1, 2: Et quidem de filiis Levi sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere a populo, id est, a fratribus suis, quantum et ipsi extierint de lumbis Abrahae. Cujus autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham. Secundum: Melchisedech, qui fuit Christi typus, benedixit Abrahamo et toti ejus progeniei, ac consequenter etiam Levitis et sacerdotibus Aaronicis, ibid. 2 (Melchisedech) hunc qui habebat repromissiones, benedixit, sine ulla autem contradictione, quod minus est, a meliore benedicitur. Tertium: Sacerdotis Aaronici sunt mortales, sed Melchisedech proponitur ut immortalis, quia typus est Christi, qui est sacerdos aeternus, 414, 1: Et hic quidem decimas mortales homines accipiunt; tui autem

consecratur quia vivit. Quartum: Aaronicum sacerdotium imperfectum fuit et insufficiente, ideoque cedere debuit sibi succedenti sacerdotio Christi, utpote longe perfectiori, 416, 2: Ne ergo consummatio pro sacerdotium. Leviticum erat (populus enim sub ipso legem accepit), quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, et non secundum ordinem Aaron dicit? Quintum: Lex, testamentum, et sacerdotium Christi, non autem vetus Moysi et Aaronis, promissum fuit a Deo cum jurejurando, idque ut certius et firmius esset tam sacerdotium Christi, quam reconciliatio nostra, 417, 2: Et quantum est non sine jurejurando, alii quidem sine jurejurando sacerdotis facti sunt, hic autem cum jurejurando, pro eum qui dicit ad illum: Juravit Dominus, et non penitebit eum. Sextum: Aaronici sacerdotes erant mortales, et alter alteri post mortem in sacerdotio succedebat, Christus autem est immortalis, 420, 1: Et alii quidem proferes facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberent permanere. Hic autem eo quod maneat in aeternum, sempiternum habet sacerdotium. Septimum: Aaronici sacerdotes pro peccatis, tam suis, quam populi, hostias offerant, idque saepius, imo quotidie: Christus autem non pro suis, sed alienis, scilicet totius mundi, peccatis offert, idque semel tantum, 421, 2: Non habet necessitatem quotidie quemadmodum sacerdotes (Leviticis) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi; hoc enim fecit semel, seipsum offerendo. Christi allegorica applicatio ad pontificem et sacra Judeorum, 438, 2.

Christus in suo pontificatu est fidelis, XIX, 379, 2. Est pontifex aeternus in gratia, gloria et sacrificio, 422, 1: Lex enim constituit sacerdotes infirmitatem habentes, sermo autem jurisjurandi, qui post legem est, Filium in aeternum perfectum. Publicus sacrorum minister est, 423, 2: Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in caelis, sanctorum minister, et tabernaculi veri quod fixit Dominus, et non homo. Est primus et ultimus sacerdos, 414, 1, 2: Melchisedech... sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitae habens, assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. Item sacerdos perfectus et immortalis, XVIII, 367, 1, 2; XIX, 420, 1; Psalm. II, 257, 1, 2: Juravit Dominus, et non penitebit eum: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Quomodo sit assistens pontifex futurorum honorum, XIX, 438, 2: Christus autem assistens pontifex futurorum honorum, per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non hujus creationis... introivit semel in saecula, aeterna redemptione inventa.

⁴³ Christi sacerdotis sacrificium. Christus induxit nova sacrificia, sacramenta, leges et promissiones Novi Testamenti, XIX, 449, 2: Nulli enim



ad perfectum adduxit lex; introductio vero melioris sp̄s per quam proximamus ad Deum. Quare vetera sacrificia in Ecclesia non retinuerit, 452, 2. Ubi pro hostiam suam apparuit, 449, 1: Nunc autem semel in consummatione seculorum, ad destinationem peccati, per hostiam suam (Christus) apparuit. Fuit pontifex non solum in cruce, sed statim in incarnatione et nativitate; non tantum in cœlo, sed etiam in hac vita, 424, 2; 438, 2. Eternam salutem dat, Aaronici sacerdotes tantum temporalem, 420, 2: *Hic autem eo quod permanent in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Unde et salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis.* Non pro suis peccatis, sed alienis victimam obtulit, 424, 2. Unica sui oblatione dedit consummatam oblationem, 456, 2: *Una enim oblatione, consummavit in sempiternum sanctificans.* Ejus sacerdotium sanctificat hominem, non Aaronis, 416, 1, 2: *Si ergo consummatio per sacerdotium Leviticum erat... quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech altum surgere sacerdotem, et non secundum ordinem Aaronis dici? Nos sanctificat ut pontifex, ideoque ut homo, 372, 1: Qui enim sanctificat, et qui sanctificantur, ex uno omnes.* In cruce sicut in sacrificio Eucharistiæ est principalis sacerdos, XVIII, 22, 1; XIX, 411, 2. Eucharistiam Christus instituit ut sacramentum et sacrificium, XVIII, 367, 1. Sacrificium Eucharistiæ ejusdem epulo et distributione conclusit, 347, 2 (Vide EUCHARISTIA).

Christus pro nobis in cœlo offert sacrificium, XIX, 424, 1: *Omnis enim pontifex ad offerendum munera et hostias constituitur: unde necesse est et hunc habere aliquid quod offerat.* Orat pro nobis tanquam pontifex, XIX, 420, 2: *Unde et salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper vivens ad interpellandum pro nobis.* Orat pro nobis in cœlo oratione proprie dicta, XVI, 587, 1: *In illo die in nomine meo petitis; et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis.* Orat pro nobis apud Patrem exhibendo ei se et cicatrices suas, XVIII, 149, 1: *Christus Jesus qui mortuus est, imo qui et resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Quia homo pro nobis orat, *ibid.* Visus aliquando est in oculis jam gloriosus sacrificium Missæ celebrare, XXI, 190, 2. Est advocatus noster, XX, 533, 2 et seqq.: *Filii mei, hæc scribo vobis, ut non peccetis, sed et si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum.* Et advocatus potentissimus, Psalm. II, 251, 1, 2: *Assistit a dextris pauperis, ut solvum faceret a persequentibus animam meam.* An dicere liceat: *Christe, ora pro nobis,* XVIII, 149, 2.

ARTICULUS TERCIUS.  
JESUS CHRISTUS REX.

1<sup>o</sup> *Christus rex jure dicitur et regnare, Psalm. II, 152, 1, 2: Commoveatur o facie ejus universa terra: dicite in gentibus, quia Dominus regnavit. Item correat orbem terræ, qui non commovebitur; judicabit populos in æquitate.* Tripliciter in regem unctus est: primo, gratia unionis personalis, propter quam jus adeptus est in omnes Dei electos, ut eorum princeps et caput; secundo, gratia redemptionis in morte, propter quam Deus exallavit illum et donavit ei nomen, quod est super omne nomen; tertio, gratia supremi triumphi, cum data est ei omnis potestas in cœlo et in terra, et Spiritu sancto misso de cœlo, omnes gentes servierunt ei, III, 448, 2. Rex etiam triplici jure fuit: primo, ut Deus; secundo, ut homo; tertio, ut homo Deus, 449, 1. Christus natus est rex, XIII, 32, 1, 2. Christi corona qua, III, 486, 2. Christi quintuplex diadema, VIII, 23, 2: *Egredimini et videte, filie Sion, regem Salomonem in diademat, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius, et in die lætitiæ cordis ejus.*

2<sup>o</sup> *Christi quod sit regnum* 524, 1; rex cœlorum, XV, 73, 1. Est rex omnium seculorum et hominum, XX, 343, 2: *Qui (Christus) est in dextera Dei, deglutiens mortem, ut vite æternæ hæredes efficeretur; profectus in cælum subjectis sibi angelis et potestatis, et virtutibus.* Ut homo, est hominum, angelorum et cæli rex, item caput Ecclesie militantis et triumphantis, XVIII, 597, 1, 2: *Constituens (Deus Christus) ad dexteram suam in cælestibus, supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Et omnia subjecti sub pedibus ejus; et ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam.* Ejus principatus in omnes creaturas, XXI, 80, 1: *Hæc dicit Amen, testis fidelis et verus, qui est principium creaturæ Dei.* Christi potestas in omnes gentes, Psalm. I, 17, 1: *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ.* A primo conceptionis instanti habuit proprie dominium totius mundi, quod jus et potestatem, XV, 601, 4: *Interrogavit cum præses, dicens: Tu es rex Judæorum? Dicit illis Jesus: Tu dicitis. Quibus titulus sit omnium dominus, XIX, 362, 2: Ad quem autem angelorum dicit aliquid quando: Sede a dextris meis? Ejus dominatio et imperium etiam qua homo, XX, 658, 2: *Et solium Dominatorem et Dominum nostrum Jesum Christum negantes.* Id abnegant heretici, 451, 1; 657, 1, 2. Qua de causa vivit et mortuus dominus, XVIII, 231, 2: *In hoc enim Christus mortuus est, et resurrexit, ut et mortuorum et vivorum dominetur.* Post mortem obtinuit exercitium dominii sui, 232, 1. Ejus merces fuit orbis possessio, XI, 728, 1, 2: *Dicite filie Sion: Recce Salvator**

